

Luc. 1. dicebant : *Quis putas puer iste erit ?* Luc. 1. n. 66. At verò cum nauigantibus discipulis , eorum nauicula magna vi ventorum opprimeretur ; tunc Christi diuina potestate , cessauit ventus , & facta est tranquillitas magna , quam homines videntes de Christo dicunt : *Quis putas iste est ?* Marc. 4. num. 40. Cur de Christo loquuntur de presenti , est , de Baptista verò de futuro , erit ? In Christo Domino vt vero Deo omnia consistebant , & erant permanentia ; at in Baptista , vt in creatura , nil permanens , sed cuncta in perpetuo sunt motu , & fluxu. D. Bonauent. in cap. 1. Luc. *Reclè de Christo dicebant , ait , iste est , tanquam de creatore , cuius est manere ; de Ioanne verò dicebant , erit , tanquam de præcuratore , cuius erat pertransire.* Vide multa in Indice , *Bona temporalia.*

Marc. 4.

Luc. 18. n. 39. Et qui præibant , increpabant eum , vt taceret , ipse verò multo magis clamabat : *fili David miserere mei.*

Num. 40. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se ; & cum appropinquasset , interrogauit illum.

VERSIONES.

Syracus. Ij autem , qui iter faciebant ante ipsum Iesum , obiurgabant eum , vt taceret.

Arabicus. Ipse verò multò magis addebat clamorem.

Syriac. n. 40. Substitit Iesus.

Arabicus. Iussit eum accedere ad se , cumque appropinquasset ad eum.

ALTER TEXTVS.

Marc. 10. num. 48. Et comminabantur ei multo magis clamabat : *fili David miserere mei.*

Num. 49. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei : *animæquior esto : surge , vocate.*

Num. 50. Qui proiecto vestimento suo exiliens , venit ad eum.

EXPOSITIO III.

10. **D. Marc.** **Occasio salutis non omittenda.** **V**RBA autem , quæ præcedebat , increpabat eum. Seu , vt habet Diuus Marcus , *comminabatur ei.* Instanter , ac vehementer obiurgabat eum , vt taceret. Ne suo clamore importuno impediret , ac turbaret iter Iesus ; *ille magis clamabat* , non solum de sua contentione aliquid non remittebat , sed vehementius clamabat , vt à Christo exaudiretur , ne diuinus Medicus præterlaberetur , & tanta occasio salutis

præteriret. *Fili David miserere mei.* Non ingeminat nomen Iesus , sed nomen filij David , per Virginem nempe Mariam , cuius filium sub illa stirpe nuncupat , de cuius patrocinio , ac subsidio multum confidebat , vt salutem , ac sanitatem haberet.

21. **Ex patrocinio Virginis salu speranda.**

21. **Origenes.** **Hieron.** **Hieron. Cant. 2.** **Incipientes viam virtutis contradiçiones patiantur.** **27.** **Num. 35.** **Qui ingrediuntur viam virtutis , habet odia contra se.** **Hieron.** **28.** **Genes. 4.** **Cum virtus declaratur , odia excitantur.** **29.** **Abulens.** **Homines solum de se curant , non de alijs.** **30.** **Chryso.** **31.** **Hieron.** **32.** **Deus nos prouocat ad petendum.** **33.** **Genes. 27.**

Stans autem Iesus. Cæci voce , ac ardore commotus non spernit miseris homunciones , ac pauperes , sed stetit eius aduentum expectans. Origenes in Matth. Iesus ait , non pertransit , sed stat , vt stante eo non transinat beneficium , sed quasi de fonte stante misericordia desinat vsque ad nos. D. Hieronymus etiam in Matth. Ideo stetit Iesus , ait , quia cæci , quo pergerent , ignorabant , multa fœcæ erant in Iericho , ideo Dominus stat , vt venire possint. Postquam stetit Dominus , iussit illum adduci ad se , nempe ministerio aliorum ; non enim homo potest venire ad Christum , nisi Christum eum ad se adducat. Addit Marcus dicunt ei : *animæquior esto ; bono , & fidenti animo esto ; planum erat , cui Christus tantum donum concesserat , vt ad se vocaret , beneficiis perfereret , ac cumulare.* Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum. Excussit pallium ab humeris , ne aliquid fieret impedimentum , quo agilius veniret ad Iesum. Venit exiliens , surrexit nempe multa alacritate. Tropologicè D. Hieronymus : *Exilire , ait , nudus veteri homine dicitur , vt hinnulus saliens super colles , Cant. 2. Exiliens super montes segnitatem deponens , Patriarchus , Prophetas , & Apostolos in altis considerans ad superna se extendit.* Proiicit vestimentum , ac terrena , vt celerius veniat ad Iesum , ac ascendere valeat ad superna Dei beneficia.

QUESTIO IV.

Quare turba increpabat cæcos istos , vt tacerent ?

22. **Chryso.** **Euthym. Theophyl. D. Thom.** **Iniuriosum magno viro à paupere honorari.** **23.** **Hilar.** **Origenes.** **Quartò**

PRIMO respondet ad quæstionem D. Chryso- stomus in Imperfecto homil. 36. *Videbant , ait , sordidas vestes , & non considerabant conscientie claritatem ; indignum eis videbatur , vt tales homines vociferarent ad eum. Ecce factua sapientia hominum. Existimabant iniuriam pati magnos viros , se à pauperibus honorarentur.* Idem habent Euthymius , Theophylactus , D. Thomas. Increpabant turbæ cæcos , vt Christum honorarent , ne homines viles iter Christi impedirent. Et quia indignum iudicabant , homines inopes , & abiectos Christi laudes proclamare , cum ipsòque velle loqui , ac habere sermonem , ex se ipsis enim alios diiudicabant pauperes , ac humiles contententes , eorum consortia respuentes. Vide supra cap. 14. num. 18. & 19. num. 29. num. 94. 95. 96.

Secundò. D. Hilarius : *Silentium , non causa honoris exigunt , sed quod acerbe à cæcis audiunt , quod ipsi negabant , scilicet Dominum esse filium Dei , ac Davidis.* Vulgare erat in Scriptura filium David esse Messiam. *Osanna filio David.* Cum autem isti essent infideles , & Christi æmuli , displicebat eis ista confessio , qua Christus publicabatur verus Messias , ac Deus. Tertio. E contra Origenes in Matth. ait , quod cum multi essent fideles credentes in Christum indignati sunt audientes istam paruam laudem ; volebant enim ipsum vocari non filium David quasi hominem , sed filium Dei.

QUESTIO V.

Quare Christus interrogat cæcos , quid velint ?

24. **Abulens.** **Homines solum de se curant , non de alijs.** **25.** **Beda.** **Glossa.** **Hugo.** **Qui præcedunt , increpant pauperes.** **26.** **August.** **27.** **Num. 35.** **Qui ingrediuntur viam virtutis , habet odia contra se.** **Hieron.** **28.** **Genes. 4.** **Cum virtus declaratur , odia excitantur.** **29.** **Abulens.** **Homines solum de se curant , non de alijs.** **30.** **Chryso.** **31.** **Hieron.** **32.** **Deus nos prouocat ad petendum.** **33.** **Genes. 27.**

Quartò. Aliqui , quos tacito nomine refert Abulens. quæst. 114. dicunt , quia Christus per viam docebat turbas ; turbæ autem impediabantur audire clamantibus cæcis , vel quia fortè credebant , quod si Christus audiret eos clamantes , vt exaudiret eorum petitionem interrumperent verbum doctrinæ , vt illis condescenderet , molestum autem eis erat , quod in hoc impeditentur ; vnusquisque tantum de se agit , & minimè aliorum vtilitati , ac miseriae consulit.

Quintò. Beda. Glossa Ordinaria. Qui Iesum venientem præcunt , significant tumultus carnalium desideriorum , qui dissipant cogitationes hominis , & perturbant vocem orationis , ne Iesus veniat ad illuminandum cor hominis , & ad exaudiendas nostras preces. Hugo Cardinalis. Præcuntes pauperem increpantes sunt mundi sapientes , & collaterales Magnatum , qui pauperes fugant ; & prohibent , ne ante dominos suos appareant , vel aliquid ab eis petant.

Septimò. D. Augustinus serm. 18. de verbis Domini : *Bonos Christianos , ait , nolentes facere præcepta Dei , Christiani mali , & tepidi prohibent : clamant tamen illi non deficientes. Cum enim quisque Christianus cooperit bene viuere , mundanæ contemneret , in qua sui nouitate patitur reprehensores frigidos Christianos ; sed si perseverauerunt ipsi , iam obsequuntur quod antea prohibebant.* Cum cæcus clamat : *Miserere mei* , incipiebat iam se toto corde conuertere ad Deum , cuiusque veram fidem profiteri , Iesumque verum Deum proclamare , statimque turbæ , sicut impij homines , in eum insurgunt , ipsum increpant , ac tanquam grauis criminis reum obiurgant. Vnde ait Paulus 2. ad Timoth. 3. num. 12. *Omnes , qui pie volunt viuere in Christo , persecutionem patiuntur.* Cum homo se ad Deum conuertit , statim mundi contradictiones patitur , ac sustinet.

De filiis Israel dicitur Numer. 33. num. 10. *Profecti de mari rubro castrametati sunt in deserto Sin.* Quid est , quod populus egressus de mari rubro statim venit in Sin Sin , iuxta D. Hieron. duplicem habet significationem , significat enim rubrum , & odium ; cum enim quis egreditur de mari , nempe de mundo hoc , ac incipit incedere ad Sinam , ad visionem nempe Dei , statim ac primis gressibus venit in Sin , in odia , contrarietates , ac aduersitates huius mundi. D. Hieronymus epist. ad Fabiolam : *Sin autem interpretatur , ait , rubus , vel odium , quod postquam venerimus ad eum locum , de quo nobis Dominus locutus est , grande odium mercamur inimici.*

Factum est autem post multos dies , vt offerret Cain de fructibus terra munerà Domino , Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui , & de adipibus eorum , respexit Dominus ad Abel , & ad munera eius. Ad Cain autem , & ad munera illius non respexit : iratusque Cain vehementer , &c. Genes. 4. num. 3. Maxime ponderandum , quod magno fraternitatis foedere incedebant Cain , & Abel , nullumque discordiæ signum inter eos extitisse inuenitur. At verò vbi primum virtus Abel , cuiusque eximia charitas in Deum manifestatur , offertque ipse de primogenitis gregis sui. Placensque ex munere Deo declaratur ; ecce statim odia iræ fratris contra eum insurgunt , insidiæque mortis illi machinantur , vitæque tandem priuatur. D. Chryso- stomus lib. 2. de Prouidentia : *Abel , ait , quidem quando nullum excellens virtutis sua documentum dedit , agnoscebat illum frater , ubi verò ex sacrificio placuit , clarusque meritis eluxit , tunc iam naturam quoque ipsam ille ignorauit.*

Abulens. quæst. 114. dicunt , quia Christus per viam docebat turbas ; turbæ autem impediabantur audire clamantibus cæcis , vel quia fortè credebant , quod si Christus audiret eos clamantes , vt exaudiret eorum petitionem interrumperent verbum doctrinæ , vt illis condescenderet , molestum autem eis erat , quod in hoc impeditentur ; vnusquisque tantum de se agit , & minimè aliorum vtilitati , ac miseriae consulit.

Quintò. Beda. Glossa Ordinaria. Qui Iesum venientem præcunt , significant tumultus carnalium desideriorum , qui dissipant cogitationes hominis , & perturbant vocem orationis , ne Iesus veniat ad illuminandum cor hominis , & ad exaudiendas nostras preces. Hugo Cardinalis. Præcuntes pauperem increpantes sunt mundi sapientes , & collaterales Magnatum , qui pauperes fugant ; & prohibent , ne ante dominos suos appareant , vel aliquid ab eis petant.

Septimò. D. Augustinus serm. 18. de verbis Domini : *Bonos Christianos , ait , nolentes facere præcepta Dei , Christiani mali , & tepidi prohibent : clamant tamen illi non deficientes. Cum enim quisque Christianus cooperit bene viuere , mundanæ contemneret , in qua sui nouitate patitur reprehensores frigidos Christianos ; sed si perseverauerunt ipsi , iam obsequuntur quod antea prohibebant.* Cum cæcus clamat : *Miserere mei* , incipiebat iam se toto corde conuertere ad Deum , cuiusque veram fidem profiteri , Iesumque verum Deum proclamare , statimque turbæ , sicut impij homines , in eum insurgunt , ipsum increpant , ac tanquam grauis criminis reum obiurgant. Vnde ait Paulus 2. ad Timoth. 3. num. 12. *Omnes , qui pie volunt viuere in Christo , persecutionem patiuntur.* Cum homo se ad Deum conuertit , statim mundi contradictiones patitur , ac sustinet.

29. **Abulens.** **30.** **Chryso.** **31.** **Hieron.** **32.** **Deus nos prouocat ad petendum.** **33.** **Genes. 27.**

Abulens. quæst. 119. Quare ab hoc cæco , seu duobus cæcis non querit Christus aliquid de eorum fide , vt de alijs duobus. Matth. 9. num. 28. *Credeis quia hoc possum facere ?* Respondit ipse , quod in his duobus Matth. 9. erat aliquid dubietatis circa potestatem Christi , & ideo quousque planè crederent , noluit eos sanare ; & ideo eis dixit , *secundum fidem vestram fiet vobis.* At hoc præsentis cæco non oportuit petere fidem , quæ magna erat eamque Christus laudauit. Sic ei dixit Christus : *Vade , fides tua te saluum fecit* , Marc. 10. num. 52.

Ad quæstionem respondet primò D. Chryso- stomus homil. 67. *Cuius autem rei gratia , ait , eos interrogat ? Ne quis scilicet putet , aliud illos petuisse , & aliud ipsum præbuisse.* Deinde ubique sollicitum scimus virtutem , & fidem potentium obductam prius reuelare ; & tunc demum eos curare , tum vt ad imitationem alios concitet ; tum vt curatiois dono dignos fuisse demonstrat. Tres rationes exprimit sanctus Doctor. Primò cæci petierunt in genere , *miserere nobis* , vt ergo appareat , quod ipse eis concedit , id quod illi petendo intendebant , ideo ab eis querit , *quid vultis ?* Secundo eorum fidem , & virtutem occultam vult manifestare , visa eorum instantia , & perseverantia , at illi magis clamabant , vt ita tanto beneficio condigni viderentur. Tertio , vt eorum virtus alios ad similia concitaret.

Quartò. D. Hieronymus in cap. 20 Matth. *Interrogat quasi ignorans , quid velint , vt ex responsione cæcorum , manifesta debilitas pateat , & virtus ex remedio cognoscatur.* Bene sciebat Dominus quid cæci volebant , tamen calumniatores veritatis Iudæi poterant dicere vt de cæco nato , *Non est hic , sed similis eius* , voluit vt cæcus proprio ore ostenderet defectum naturæ , vt manifesta fieret diuinæ gratiæ maiestas.

Quintò. Glossa Interlin. *Non ignorat , ait , sed vult audire confessionem , qui nouerat intentionem.* Vt interrogando excitet vehemens sanitatis desiderium , & postulationem. Hugo : *Non querit , ait , ex ignorantia , sed ideo vt rogetur , & mentem ad orationem excitet.* Deus tam liberalis est , ad sua dona in nos diffundenda , vt nos maximè ad petendum prouocet.

Postquam à Deo creatus est Adamus , ab ipso omnium opifice adducuntur ei animantia terræ , vt ab eo nomen acciperent. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ , & vniuersis volatilibus cali adduxit ea ad Adam , vt videret , quid vocaret ea* , Genes. 2. num. 19. Cur hæc animantia adducuntur modò ad Adamum ? præcipue cum nondum Eua esset producta , quæ maximè dominio tot animalium gauderet. Quia mulier nondum erat formata , ideo ad Adamum adducuntur animantia , quia cum primus homo attemptè considerasset in singulis speciebus masculum , & fœminam ad conseruationem suæ speciei , inde ipse excitaretur ad simile beneficium à Deo petendum , vt ei sibi concederet adiutricem mulierem.

PPP a Hieron

Ambr. Cath. Deu homine provocat, ut ab eo benefici petat.

Ierem ad conseruationem speciei humanae necessariam. Ambrosius Catharin ibi: Vt fuisse mulieris, ait, creationem ardentius expeteret, eamq, a Deo religiosa quadam supplicatione instantius postularat. Solus degebat homo, & de adiutrice sibi exoptulanda a Deo non curabat; adducuntur ergo ei animantia, vt cernens in vnaquaque speciei masculum, & foeminam pro illius consentitia inde ipse prouocaretur, vt simile donum pro conseruanda speciei humana a Deo exposceret.

Luc. 18. n. 41. Dicens: quid faciam? At ille dixit: Domine vt videam.

Num. 42. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit.

Num. 43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

VERSIONES.

Syriacus n. 41. Domine mi vt videam.

Arabicus. Vt aperiantur oculi mei.

Vatabl. Euth. Recipito visum, fides tua te saluum reddidit.

Num. 42.

Arias. Fides tua te seruauit.

Syriac. n. 43. Et momento vidit, ac veniebat post eum, & glorificabat Deum. Totusque populus cum hoc vidisset, tribuebat laudem Deo.

ALTER TEXTVS.

Math. 20. Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri.

num. 33. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & secuti sunt eum.

Marc. 10. Cæcus autem dixit ei: Rabbi vt videam.

num. 51. Iesus autem ait illi: Vade fides tua te saluum fecit, & confestim vidit, & sequebatur in via.

EXPOSITIO IV.

34.

DOMINE vt videam. Breuis oratio, & multa fide plena, & quamuis pauperes essent, & multis indigerent, tamen hoc postulauit, quod eis maxime necessarium erat. Vt notauit D. Ephrem de Panoplia spiritali: Nunquid ait, dixerunt, da nobis vestimentum, quoniam pauperes sumus? Minimè vero, sed illud postulauerunt potius, quod magis urgebat. Quapropter, miserere, quod urget magis, quæq, in omni tempore tibi magis necessaria sunt, ea a Deo postula. Postulet ergo homo à Deo, id quod summè ei est ne-

D. Ephrem, id quod summè necessarium, a Deo petendum.

cessarium, vt videat turpitudinem peccati; pulchritudinem virtutis, & paradisi felicitatem.

Misertus autem Iesus. Ait D. Matthæus. D. Hieronymus: Considerans Iesus promptam voluntatem completionem desiderij remunerat. Unde alias dicit, omne quodcumque petieritis in oratione, credentes accipietis. Ait D. Matthæus: Tetigit oculos eorum. Visifica, ac operatrice manu sua. Theophylactus: Vt disceremus omnia ipsius membra, Dei esse membra. Ait illi Iesus: Respice. Iuxta Lucam; hoc est vide. Respicere propriè est videre ea, quæ retrò sunt, vt consideret homo præteritum statum, à quo est egressus, vt inde gratitudinem habeat erga Deum. Fides tua te saluum fecit, explicat Dominus meritum hominis ex fide.

Et confestim vidit. Syriacus, eo momento. Natura paulatim, Deus verò instanti producit opus. Confestim vidit: absque vlla mora, vnde tanta celeritas in beneficio assequendo præmiserat homo orationem; Miserere mei. Et vbi oratio plena fide interuenit, absque cunctatione cuncta impetrat, & obtinet. Et sequebatur illum. D. Chrysostomus in Matth. de duobus cæcis, ait: Sicut antedationem fuerunt perseverantes, ita & post donationem non fuerunt ingrati. Et pro magno dono gratitudinis obtulerunt Christo sequi eum.

35. Hieron.

Theophyl.

36. Syriacus.

Oratio statim impetrat.

Chrysost.



CAP. XXXIX.

Zachæus Christum excipit in domo sua.

Luc. 19. n. 1. Et ingressus perambulabat Iericho.

Num 2. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues.

VERSIONES.

Arias n. 1. Pertransibat Iesus per Iericho.

Græcus. Ibat Iesus per Iericho.

Syriacus n. 2. Vir quidam nomine Zachæus diues erat, & magister publicanorum.

Pagninus. Qui vocabatur Zachæus. Theophylact. Princeps erat publicanorum, & idem erat diues.

EXPOSITIO I.

INGRESSUS perambulabat. Pergit Euangelista narrans iter Christi, & superiori cap. 18. num. 35. scribit quomodo prope Iericho cæcum illuminauerit; Factum est autem cum appropinquaret, &c. Ingredditur Christus Iericho, quæ ciuitas destructa fuit à Iosue, cap. 6. reedificata sub Achab rege Israel, 3. Regum 16. num. 34. Iericho autem, vt scribit Pagninus lib. de interpretat. Nominum Hebraic. interpretatur Luna,

I. Connexio textus.

3. Reg. 16. Pagnin.

ac proinde significat defectum mundaliam, vel etiam significat odorem eius. Nam Iericho odore balsami valde inclita fuit, vt testatur Iosphus lib. 4. Antiquit. cap. 5. distabat verò à Ierusalem, vt idem Auctor testatur lib. 5. de bello cap. 4. Centum quinquaginta stadiis. Perambulabat Iesus, hoc est, pertransibat ambulando. Græcus habet transibat. Cum ergo Iericho significet Lunam, seu mundalia, pertransibat Iesus. Carthusianus: Docens terrena esse pertransienda, non enim in eis immorandum est per immoderatum affectum, sed tantum summo, & incommutabili bono debemus adherere.

Ioseph. Græcus.

Carthuf.

2. Ecce, rem grandem, & notabilem denotat. Magnum peccatorem dicit, quem Christus quærebat, vt sanaret, ac lucrificaret. Vir nomine Zachæus; à tribus describitur homo ab Euangelista; à nomine, ab officio, ac possessione. A nomine, Zachæus, vt signum suæ sanctificationis, ac iustificationis. Nam Zachæus idem valet, ac purus, mundus, & iustus. Ab officio, princeps publicanorum. Non solum erat publicanus, sed etiam princeps publicanorum, qui sub se plures habebat publicanos, ac exactores vectigalium, quæ Romanis, ac Tiberio inuiti Iudæi exsoluebant, ac proinde huiusmodi exactores publicani nuncupabantur, & erant valde execrabiles apud Iudæos. Tertio à possessione, scilicet diuitiis, & ipse diues, vt ait D. Bonauent innuitur causa, cur dicatur princeps publicanorum, quia ipse diues erat, non enim huiusmodi principes eliguntur, nisi multum diuites. His denotatur magna eius difficultas ad conuersionem; tamen gratia Christi ipse suauiter vocatus est, & introiit per portam salutis.

Quid significet Zachæus.

Bonauent.

QUESTIO I.

Quisnam esset Zachæus in Iericho, per quam Christus ambulat?

3. Zachæus, vt iam dixi ex radice Hebraica, idem valet, ac mundus, & purus. Dubitatur tamen, an fuerit Ethnicus, vel Iudæus. Ethnicum fuisse putant Tertullianus lib. 4. contra Marc. cap. 37. D. Cyprianus epistol. 63. ad Cæcilium, idem docent hoc cap. 19. Luc. D. Ambrosius, & tom. 2. D. Chrysostomus, Auctor homil. de Zachæo, & D. Chrysologus serm. 54. vbi ait: Zachæus Abrahae adoptatur in filium. Iudæum verò fuisse docent Euthymius, Lyranus, Caietanus, Carthusianus, Hugo, Montanus, Maldonatus, Barradas, & alij. Hac sententia est mihi probabilior, & nititur in proprietate verborum Christi, qui ait: Eo quod ipse filius sit Abrahæ; si ipse non fuisset Iudæus, cotam simplici plebe, hoc de eo Christus non dixisset. Deinde quia maligni Iudæi obmurmurantes contra Christum dixerunt, quod ad hominem peccatorem diuertisset, si autem ipse fuisset Ethnicus, dixissent, quod ad hominem Ethnicum diuertisset, murmurationem exaggerantes, grauius erat agere cum Ethnico, quam cum Iudæo.

Tertullian. Cyprian. Ambros.

Chrysost. Chrysol.

Euthym. Lyran. Caietan. Carthuf. Hugo. Maldonat. Barrad.

4. Theophyl.

Nullus dicitur de salute.

In ciuitate Iericho erat Zachæus princeps publicanorum, seu præfectus eorum, qui tributa exigebant à Iudæis, vt dixi in expositione. Hunc Christus ad viam salutis conuertit. in quo maxime resplendet eius diuina gratia. Theophylactus: Vide, ait, quomodo non solum publicanos, discipulos fecit, sed & Zachæum principem publicanorum. Sylueira in Euang. Tom. IV.

captiuum ad salutem recipit. Quod publicanus quidem res abominabilis: princeps autem publicanorum multo magis, vitio in malitia princeps. Vnde ait D. Ambrosius: Quis desperet de se, quando iste peruenit ad gratiam, cuius census ex fraude.

Ambros.

Sic cum diuina gratia expoliuit, vt à Christo conuersus fuerit, & post eius mortem, ac Ascensionem, discipulus exiit B. Petri, & ab eo ordinatus fuit Cæsarea Palestinae Episcopus, vt refert D. Clemens lib. 1. & 3. Recognitionum.

5.

Adnotat tamen Euangelista, de eo in presenti, quod diues erat, & ipse diues. Nam sicut ex præfatio dicitur Zachæus, hoc est purus, seu vt interpretatur Beda, iustificatus. Sic etiam ex præfatio dicitur diues, Christum enim hospitio erat excepturus; sic & Ioseph ab Arimathæa à D. Matthæo 27. num. 57. dicitur, homo diues, vt pote magnis diuitiis plenus, vel dicitur etiam diues, qui Christo totam suam domum dedicauit, ac consecrauit; ex qua dedicatione cuncta bona in eum diffluxerunt, ac emanarunt; cum enim quis Ecclesiam consecrat, & ædificat sibi fontem omnium bonorum præparat in terris.

D. Clem.

6.

Beda.

Matth 27. Diues qui habet Christum.

Ait Deus per Ieremiam 30. num. 18. Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & rellis eius miserebor, ædificabitur ciuitas in excelsis, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxq, Iudæi, & multiplicabo eos, & non minuentur, & glorificabo eos, & non attenuabuntur, & erunt filij eius sicut à principio, & cæcus eius coram me permanebit, & visitabo aduersus omnes, qui tribulant eum. Pollicetur Dominus per prophetam magnam misericordiam cum multa bonorum copia suo populo; sed vnde, & ex qua radice tanta affluentia bonorum? Edificabitur ciuitas in excelsis. Id est Ecclesia, vt explicat Lyranus, & templum iuxta ordinem suum; id est, vt habet Chaldaicus iuxta suam decentiam, ac decorem. Vide quid inde sequitur, vide magnam bonorum copiam exinde pullulantem. Egredietur de eis laus; præ gratiarum actione. Voxq, Iudæi, gaudium, ac exultantium gaudio; multiplicabo eos, prosperabuntur bonis, & diuitiis suis. Glorificabo eos, inter cæteras nationes. Hugo; faciam quod ab omnibus honorentur, & minimè minuantur, sed augeantur in suis donis. Et erunt sicut primis filij eius. Reuertentur scilicet; Carthusianus, ad statum antiquæ perfectionis; vt veteres Patres Abraham, Isaac, & Iacob. Et tandem ait: Visitabo aduersus eos, qui tribulant eum; nempe inimicos eorum. Huc aduoco id quod dixit D. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. de recta fide ad Reg. extollens Eudociam, & Pulcheriam, ait: Et si regium vestrum genus, iam inde ab exordio longa temporum serie hucusque est propagatum, & ulterius vt credimus propagabitur. Non ob id Christi regnum capessere omittitis, partim quidem præclaris actionibus: partim quidem sumptuosissima templa Christo Domino excitantes. Ex templorum ædificatione illusterrimè genus propagandum coniecturatur.

7. Ierem. 30.

Ex templo ædificato multa bona defluunt.

Lyran. Chald.

Hugo.

Carthuf.

Cyrril.

Vt conuerteretur tabernaculum, petit Moyses ab vniuerso populo munera, & ea munera, à quorum largitate nullus etiam pauper excusari poterat, quandoquidem etiam pili captarum petebantur. Ait Moyses, separate apud vos primitias Domino, omnis voluntarius, & prono animo, offerat eas Domino, aurum, argentum, as, hyacinthinum, & purpuram, & byssum torram, & pilos caprarum, Exod. 35.

Exod. 35.

PPP 3 Exod.